



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

43 Constitutionis causa cessante, cessat constitutio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

quacunqꝛ penſiones annuas, quæ etiam tranſeant ad ſucceſſores, in eis reſervare, concedere, conſtituere, & assignare, & quod altero decedente, ſuperſtes in illius poſſeſſione ſuccedat, indulgere poteſt, ut in Bullar. Pij. IV. cap. 24. incipien. *circuſpecta Romani Pontificis pag. 667 poſt. 4^o med. verſ. & tam Magiſtro † videtur,* quod comprehendantur verbis expreſſis, beneficia commendata regularium militiarum, etiam electiva, & manualia, eod. §. *nec hoc malum, & §. cæterum.* quod puto verum, quoad reſignationes beneficiorum, quæ extra conventum, etiam apud Sedem Apoſtolicam admittantur, quia tunc, cum convenient verba conſtitutionis intrat illius diſpoſitio, l. 4. §. *toties, ff. de dam. infect.* & cum comprehendat etiam S. R. E. Cardinales, qui dignitate, favoribus, & privilegiis præcellunt multò magis inferiores, quia ubicunqꝛ eſt eadem ratio, vel æquitas, eadem eſſe debet juris diſpoſitio, l. *illud, ff. ad leg. Aquil.* & l. à Titio ff. de verb. oblig.

41 Sed in commendis, † quæ in conventu reſignantur, & ut vocabulo conventus utar, ſmutiuntur, ut in ſtabil. ejuſdem religionis, cap. *ſtatuiſmus, de com. & cap. morio, de verb. ſignif.* quia illius vacatio inducitur in lingua, id eſt in natione, cap. 43 *linguas, eod. tit. & d. cap. morio,* & ibi, per Magnum Magiſtrum, & conventum dumtaxat reſignationes admittantur, cap. *ſtatuiſmus, quod nullus, & cap. præter id, eod. rit. de com.* & ſecuta vacatione de commendis ab eodem Magno Magiſtro, & conventu provideatur, cap. *ſtatuiſmus, ut ſtatim, eod. tit.* non requiritur publicatio, quia, licet regulariter publicatio omnium beneficiorum reſignatorum, etiam militia-

rum, & conſiſtorialium fieri debeat, fallit tamen regula, quando beneficia conſiſtorialia in conſiſtorio reſignantur, ut in d. §. *cæterum ibi,* extra tamen dictum conſiſtorium admittantur, & eſt ratio, quia reſnanciatio facta in conſiſtorio in præſentia Principis tatis dicitur publicata, ut trad. Gomel. in qu. 5 ſupracitata.

Ideo pari modo dicuntur publicatæ reſignationes factæ in manibus Magni Magiſtri, & conventus, qui fiunt in concilio præſentibus fratribus illius linguæ, cujus commenda eſt, de quorum intereſſe agitur, & cum linguarum congregatio in concilio fiat cum præſentia priorum linguæ, ut in eisd. *ſtabil. in c. quoniam plerumque c. ut liberius, & c. quia bonum, de concil.* & expediantur de ſuper Bullæ ſub plumbo, ut in cap. *ad liberationem, eo. rit.* publicatioque reſignationum fuerit iaducta tantummodo ad evitandas clandestinas, & fraudulentas reſignationes, ut in Bull. Pij. V. c. 182. incip. *Sanctiſſimus, in præm. & ead. 42 conſt. Greg. XIII. etiam in præmio,* † quod cauſam finalem diſpoſitionis indicat l. *ſin.* & ibi Bart. nu. 3 ff. *de hered. inſtit.* & Paſſ. conſ. 6. n. 24. vol. 4. ceſſante cauſa conſtitutionis, ceſſat conſtitutio, c. *neophytus,* cum gl. in ver. *cauſa. 6. d. diſt. & c. quod pro remedio,* & ibi gl. in ver. *ceſſante 17. q. 7.* † proit, ceſſante cauſa finali, ceſſat effectus, c. *cum ceſſante, in princ.* & ibi Abb. n. 2. *de appell. gl. in c. poſt translationem, in verb. ceſſante extra de renun. gl. in ver. non coheret, in l. cum tale, §. falſam cauſam ff. de cond. & idem Bart. in l. demonſtr. num. 18 ff. eo rit. & in aul. de nup. & ſiqui verò, nu. 1.*

Cauſa finalis dictæ conſtitutionis in reſignationibus in manibus Magni Magiſtri, & conventus factis, nec appellari poteſt, quan-